

falcamus, in cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M. CCC. XXX sexto, in crastino decollacionis beati Johannis baptiste.

3250.

1336 d. 1 Sept.

Lagmansö.

SIGGE MAGNUSSON frikallar Magnus Ragvaldsson från dess skuld, 18 mark penningar, för hvilken en äng i Sten i Blacksta socken varit pantsatt, sedan Biskop Styrbjörn i Strengnäs åtagit sig samma skuld.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus SIGGO MAGNUSSON. salutem in domino sempiternam. Cum venerabilis pater dominus Styrbernus dei gracia episcopus strengenensis nobis loco et nomine nobilis viri magni ragwalzson. in decem et octo marcis denariorum sweue monete nunc currentis noscitur veraciter obligatus. dictum magnum de impetitione aliqua pigneraticie michi assignate pro dicta pecunia. videlicet prato in steen. parrochia blaxta. et pecunie exaccione. liberum tenore presencium do penitus et quittatum. In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum lagmanzhø anno domini M° CCC° XXX° sexto, die sancti Egidii abbatis.

Sigillet (se vid N:o 3247) på en ur brevet klippt remsa.

3251.

1336 d. 8 Sept.

Bettna.

AMBJÖRN HOLMVIDSSON uppläter 2 örtugland i Walla, 1 örtugland i Berga i Husby (Oppunda) socken jemte ön Masö till Sune i Tärnö, hvarpå gifves fasta.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis. ARNBERNUS HOLMUIZSON salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi tam posteri quam presentes me discreto viro sunoni in ternum duos solidos terre in vallum et vnum solidum terre in berghum parochia hosaby sitos, irreuocabilter dimisisse suisque heredibus. vna cum insula dicta masø, iure perpetuo possidendos, In cuius testimonium sigillum meum vna cum sigillis discretorum magni rangualzsson. curatorum Olai in bethnw et Nicolai in hosaby. Datum anno domini M°. CCC°. XXX°. sexto. die natiuitatis beate marie virginis. testes super hoc qui dicuntur videruarumen. dominos olauum in bethnw. et Nicolaum in hosaby vna cum fasta karulo in hendalundum. benedicto in viby. jngimundo in ekeby. johanne in boghasten. hastano in nesby germundo in akrum. gerdero in hosaby. thyr-

gillo in skenal. thostano in farandaby. vlphone in sunby. sunone djakan et hemgero in akarlaby, in presenciam parochie bethnw. aduocau et adduxi viua voce.

Sigillen: N:o 1, Abjörn Holmvidssons otydligt; N:o 2, Magnus Ragvaldssons (skölden delad, till höger half lilja, till venster 2 snedbjelkar); N:o 3, Olavi, fragment, (ett likarmadt kors, utan sköld); N:o 4 borta, remsan kvar.

3252.

1336 d. 11 Sept.

Skeninge.

BENGT JONSSON gifver med sina döttrar Ingrid och Christina sina gods i Clemestorp i Jernvixtorp socken till S. Martini nunnekloster i Skeninge.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis BENEDICTUS JONSSON,, salutem in domino sempiternam. cum enim ea que aguntur in tempore faciliter a memoria hominum elabuntur nisi litterarum serie et veredictorum testimoniorum euidentia roborentur. idcirco tenorepresencium tam posteris quam modernis protestor euidentius vniuersis. me ex fauorabili consensu. ingiburgis consortis mee predilecte pariterque consilio amicorum meorum et parentum. bona mea sita in clæmæzthorp. parochia iærnuixthorp. cum pratis et siluis ac omnibus attinenciis infra sepes et extra. sororibus apud sanctum martinum skyæningie. cum dilectis filiabus meis ingrīde et cristina integraliter condonasse. ac secundum leges terre debita skotacione preabita(!) veraciter assignasse iure perpetuo possidenda. In cuius donacionis euidentiam siggilla discretorum virorum. videlicet dominorum kyætilli holmgeri. rangualdsunum militum. et domini. magni curati in linteraas. øndæ. anundæsson. magni nielæsson vna cum siggillo meo proprio presentibus sunt appensa. Datum. skyæningie. Anno domini M° CCC° XXXVI° feria quarta infra octauas natiuitatis beate virginis.

Sigillen: N:o 1, Kettil Rangvaldssons (vinge); N:o 2, »S. Holgeri Pvc hæ (lika N:o 1); N:o 3, »S. Magni presbiteri, ovalt (M); N:o 4, 5 borta, remsorna kvar; N:o 6, Bengt Jonssons (skölden styckad, tre rosor i rad snedt från högra hörnet).

3253.

1336 d. 14 Sept.

Konung MAGNUS förnyar Konung Birgers dom, att invånarne på den s. k. Tridiungen i Trögds härad äga begagna allmänningskogen på Amnö, hvilken under flera år varit dem orättvist frântagen.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

MAGNUS dei gracia. regnorum swechie et norwegie terreque skanie rex Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Quia

*) Skriften är till stor del nära utplånad.